

ego sum cupidissimus et studiosissimus, pl. sal. rescribere, rogo. Vale
et ineptae garrulitati ignosce. Presla 29. Octobris 1581.

Ex. mo. V. Dño Doct. Nic. Taurello Ex. V.
Strumbelyardens. Philos. et Medicina
Prof. in Acad. Altorfina p. Dño et
Amico honorando.

Integer Amicus
A. Dudith.

Responsio Dudithii ad Epist. Herdesiarum, quam vide in anno 1580.

157

Magnam tibi voluptatem, Clariss. atq. Excell. vir, ex eleganti, do-
cta ac pia epistola tua, ad quam parere rogo, ut aliqua adferam,
dum respondes, id ego non sane contentioni, ullo studio facio: quia
n. ego sum, qui tecum contendam? aut quid omnino contendam
cum eo, à quo non prorsus disidet opinio mea? sed ut tibi occa-
sionem subministrarem amplius in hanc questionem, quã de agit,
inquirenti, ut si forte Helvetiae hoc, que paucis persequar, porro
objiciat, quid vicissim opponi illi possit, ex te discam.

Respondi, inquis, videri mihi, posse accidere, si nihil aliud
quam externa rituum et opinionum diversitas impediatur.
Addis tunc, neque opinor, quod in hoc genere questionis dissideamus.
Vellem equidem, ut nulla esset dissidii hac in re inter nos causa,
sed valde metuo, ne non sit nulla, quod tamen facile tollitur,
quam id, quod est inter Wolfium et Pseudo-patres illos Berge-
ses. Magna est exceptio, quam interponis, nam ritus quos et cere-
monia, que verbo de: repugnant, in Christiana doctrina bene
instituto fugiende vident. At omni n. mali specie nobis absti-
nendum est, nihil addendum, nihil detrahendum Christi institu-
tioni. Jam verò in hac Christi coena representatione, quam
multa fiunt preter mandata et Christi ipsius exemplum? Altaria
Judicia, mensis Christianorum sublati, revocata sunt; pictu-
re statue et simulachra alia expresso dei mandato severè
vetita, vestitus Aaronicus, candela, campanula, procubitus
in genua, confectio, absolutio, consecratio introducta est. Fractio
panis usitata et porrectio abolita, crustulum orbiculare substi-
tutum, que omnia aliena sunt et cum Christi instituto pugnant.

atque ad exploranda et clara excitanda comparata videntur. Opinionum
varietas nihilne impedire debet? Quid audis? E quid aliud falsas
à vera Ecclesia discriminat, quam doctrinae diversitas? quam
autem ista, quae in Lutherianorum Ecclesijs docetur, diversa sit ac
propterea repugnans Helveticorum doctrinae, nimis perspicuum
est. Omnia illa, quae supra attigi, ita mordicus retinent Luthe-
rani, ut ne moniti quidem et verbo Dei convicti removeant.
imò hostiliter defendunt et propugnant. Illa autem his etiam ma-
jora dici possunt, quod Lutherus harum Ecclesiarum Magister, cujus
scripta omnia sacrosancta, Christum in pane adorandum esse docet,
quod corporaliter ibi praesens sit, ne debito honore privetur, alicubi
pro adiacentibus habet transsubstantiationem, quam negantem
Berengarium recte ac pie damnatum esse confitetur. Adde
quod consubstantialis, quam item invehit, non minus quam
ipsa transsubstantialis, adorationem evincit et sacrificium ac
oblationem illam Pontificiam in Ecclesiam introducit, contra
quae tamen plumbeis pugnare gladijs videri volunt. Quae nisi te-
cum agerem, cui notiora sunt omnia quam mihi, fusius demon-
strare possem. Quin si rem penitus inspiciamus, ne ab ubiqui-
tariis quidem sententia longe absunt reliqui Lutherani, à quibus
tamen se discrepare dicunt. Quid quod Lutherus ipse ubi-
quitatis inventor est, et negat alicubi corporalem praesentiam obtineri posse,
nisi ubi-quitas aut omnipotentia prius constituantur? Ex hoc fonte
Brexit et qui eam sequuntur, hauserunt, et ipsi bene potè Ger-
maniam se penè totam inebriarunt. At tu ab horum sacra
Synaxi Helveticum arces: Jam si ostendam amplius, id quod jam
dixi omnes Lutheranos ubi-quitatis hereseos convinci posse, reli-
quum est, ut tua sententia Helveticis à Lutherianorum quoque
Synaxi abstinendam sit. In eo quoque non multis rationibus, ut
agendum mihi censeam, facit singularis eruditio et acumen
tuum. Hoc unum dicam, si Christus in omni hostia sibi enim
appellatur, si corporaliter est, aut subest, aut cum illa est, et in-
finite prope modum hostia innumerabili hominum multitudine
in diversis et longe inter se distantibus regionibus distribuantur,
eodem tempore, tum necesse est, omnia illa absurda consequi,
quae in ubi-quitariis notantur, neque enim unum erit jam Christi corpus,
neque naturale, ac suis corporeis proprietatibus praeditum, non
ultra locos

ullo loco circumscriptum. Sed prorsus ubique erit, eodem temporis momento, vel saltem illis in locis omnibus, in quibus coena administratur, quod ubiquitatis ita affine est, ut idem aliqui esse contendant. Ubiquitaris sunt igitur Lutherani, velint, nolint, in universum omnes, id ostenderunt Heidelbergenses, cum ita fere argumentantur; si corpus Christi non est ubique, non est in pane Eucharistiae, secundum Brentium et Tubingenses. At corpus Christi non est ubique, de sententia Wittenbergensium et aliorum Lutheranorum, qui Brentiani haberi nolunt, Ergo corpus Christi non est in pane:

II. Si corpus Christi est in pane coena, est etiam ubique. A. Est in pane secundum Wittenbergenses, E. secundum eodem etiam est ubique. Quae cum ita sint, non minus hinc locum habebit, veteris Ecclesiae interdictum illud, quod contra Nestorianos hinc Theodoretus, hinc Leonius Romani, hinc Ambrosii auctoritas transferri potest. Conficitur ex his igitur Helvetis a Lutheranorum synaxi abstinendum esse. In 2. questione eandem adhibendam esse cautionem censes, ne scilicet veritatis confessio periclitetur, quae non sit dissimulanda.

Quare nihil est propemodum, in quo nostra sententia de hac questione discrepant. Neque, n. de illo dubitari potest, quod ad id pro haereticis, blasphemis, impiis haberi Helvetios, atque, ideo nullam eorum admittam iri, si non dissimulet, si aperte profiteatur fidem suam. Atque, haec quidem opinio, quae asseritur, non esse communi-candum in Ecclesiis diversam sententiam profitentibus, confirmare videtur Pontificiae Ecclesiae praxi et consuetudo, quae certe nullum unquam admittit, aut nunc admitteret, quem a sua doctrina abhorre suspicaretur. Ita quoque, nec Pontifici, nec Lutherani ad Helvetiorum coenam unquam volentes accederent, quod quidem satis indicat, ipsos quoque, dissimulationem omnem in tali tantaque, refugiendam esse existimare. Neque, n. de levi re agitur et ludicra, ut ille ait, petuntur praemia, sed publica haec sollemnibus actione testimonium dicit quibus, cujus se civem Ecclesia ac membrum haberi velit. Scissio magna facta est in Ecclesia, in multiplicibus disiecti sunt Christiani populi, atque in hostiles factiones divisi sunt, haec est tessera, hoc signum constitutum, quo transfuga, suisque ordinis ac consiliorum desertor notetur. Jam vero si quis ex alterutra acie, dissimulato studio ac militari sacramento, ordine stationeque, sua relicta, modo ad hos, modo ad illos transeat, ut pro tempore ramuscillos, suspicione,

ac pericula aliqua defugiat, quo tandem quæso, is nomine dignus ju-
dicabitur? si hoc impune licet facere, profecti mali cauti fuerant,
ac vite sua nimis intemptive prodigi, qui carceres, exilia, cruciaty
extrema omnia simulationi ac dissimulationi, anteposuerunt.
Quod te non magis fecisse vides, cum in exposito tuo nihil de eo
dixeris, mihi certe non leviter astimandum videtur. Martyrum
n. sancta senyar et veneranda fuit et erit, omniy, predicatione,
ac imitatione digna memoria, qui sanguine suo fecundiorum Christi
Eclesiam reddiderunt atq; amplificaverunt. Nunquam tam late pro-
pagata fuisset Christiana religio, si simulare fas fuisset, quæ
tamen in persecutionib; per multiplices cruciaty ac supplicia
Martyrum, quæ illis libera fidei, nimirum, simulata confessio pe-
perit in hanc majestatem atq; amplitudinem crevit, ac longè la-
tey, propagata est. Religionis ergo propagatio non simulationi,
non dissimulationi, sed adæc constantiy confessioni, accepta se-
renda est, de Basilide et Valentinianis Tertullianus, Origenes,
Eusebius alii testantur, martyria omni artificio declinanda esse.
Docuisse Helicetite heretici fidem verbo negandam, sed corde
et armis conservandam docebant, de cujus generis hominib;
Bernhardus indixere, inquit, latebras sibi, formaverunt sibi ser-
monem nequam, jura, perjura, secretum prodere nol. neq;
n. multum interesse puto, si quis verè neget aut simulatione
ne tegat sententiam suam, multo n. majus esse crimen suspi-
cor, publicè coram populo ad eos te accessisse ostendere, spe-
ctandumq; præbere, qui tuos cives ac fratres diaboli mar-
tyres, Mahometanos, Epicuros, impros, blasphemos esse perpetuè
clamant. Judæorum principes, qui se Christi discipulos esse pa-
lam profiteri non audent, ne in synagogis ejicerentur, gravi-
ter notantur à S. Do. quod gloria de, gratiam hominum
anteponerent. Quando potestis, inquit Christy credere, qui
gloriam ab invicem accipitis, eam verò, quæ à solo Deo est
gloriam, non queritis? Quæ quidem ut de multis hæc pauca
attigisse sufficiat, ei pertinent, ut ostendam etiam exemply
nos sanctorum virorum ab eorum societate arceri, quos à
Christi doctrina et instituto alienam sequi sententiam persua-
sam habent. Laudat Origenes, quod adhuc penè puer adduci
non potuerit, ut cum Paulo Antiocheno, quem in hereticis nu-
merabat, saltem in oratione consisteret, etsi multitudo etiam
catholicorum infinita ad eum audiendum confluit. Proclare
Cyprianus

30

Cyprianus; adulterum est, impiū est, sacrilegum est, quodcumque,
humano furore instituitur, ut dispositis diuina uiolentur; prouul
ab huiusmodi hominum contagione discedite, et sermones eorum
velut canerā et pestem fugiēdo vitate. Sunt qui ita verba com-
ponant, ut sententiam suam artificiosē ita tegant, ut ministri
opinionem fallant, sed, in coetum subdole insinuent, ac socios ad-
iungant eis, qui contraria sentiunt. In quos illud Ambrosii non
male quadrat; non satis est, involuta confessio confitentis fe-
rum, sed aperta confessio. Et quid prodest, verba involuere,
quando videri vis denegasse? fallere ministrum, fucam facere
adstanti populo possumus. Deo certe, qui cogitationes introspicit,
verba dare nec possumus nec verō debemus. Hic venit mihi in
mentem Eleazari historia, quicum sibi à Ministri regis offerat
facultas, ut accepta carne, qua per legem sibi veti licebat,
ad circumueniendum Regem, simularet se illa edere, quae
de sacrificiis atq; illicitis cibis ingererantur, consentire ad hanc
fallaciam noluit, quod nec etati nec nobilitati suae convenire
diceret id fingere, quo coeteri offenderent; maluit se vitam
profundere, quam simulare, ac mentiri. Sincera, inquit, Cy-
prianus, propterea fides et virtus imbecilla, ac satis pura, non Regem
Antiochum cogitasse, sed Deum iudicem, et scisse, proficere
sibi ad salutem non posse, si hominem derideret ac falleret,
quando deus, qui conscientiae nostra iudex est et solus timendus
est, nec derideri possit omnino, nec falli. Haec de multis pau-
cula ostendunt satis simulationem mendacii speciem culpabi-
lem esse, ideoq; fugiendam.

Quod scribis esse alicubi in Germania Ecclesias, quae diversam
sentientes non excludant à communione, id mihi ignotum est.
Paucae esse puto, in quibus Ministros temporis magis seruire,
ac hominum gratiae velificari, quam Lutheri à Magistrorum
suorum rationem ducere existimus. Optandum fortassis fuerit,
ut in omnibus Lutheri nomine gloriantibus Ecclesiis idem mos
obtineat. Verum etiam si tales reperiantur, ambigi tamen
adhuc potest, an omnino Helvetiis accedere debeat? Nam si
id faciat, errores, quos supra attigi, fratrum suorum condemna-
tiones approbare videbitur, spectantes atq; infirmos in erroribus
illis, quos ipse animo suo detestatur, confirmabit, fidem ac con-
fessionem suam perniciose dissimulatione, ac perfidioso silentio
in dubium apud fratres suos vocabit. Quam autem exitiosam sit
tale facinus, illustrius ille Pauli loci satis ostendit; si quis viderit

qui scientia praeditus es, in idolo accubere, nonne conscientia ipsius
qui infirmus est, instruat ad edendum ea, quae sunt idolis mandata
et tua ista scientia frater, qui infirmus est, propter quem Christus mor-
uus est, peribit? Ita autem peccantes in fratres, et vulnerantes, ipso-
rum conscientiam infirmam, in Christum peccatis? Quare si ista
facit, ut offendant frater meo, non vescar carnibus in aeternum, nec
faciam, ut frater meo offendant. Dissimilem esse rationem in hac atq[ue]
illa manducatione, non nego. Sed abunde satis est, si ex hoc loco
describam, ut accidentem ad Lutheranorum synaxim eundem esse cum
Lutheranis sententiam, in hac ipsa re convincam. Sic n. Apostolus
quoque rationatur eos, qui idolothytis cum idololatris vescerentur,
eo ipso, quod comunducarent, idololatriae crimine, sese obligare.
Nulla, inquis, Pharisaeo fermento inquinata sunt. Atqui hoc
illud est, quod fugere nos et cavere Christus vult, quin ab omni
mali specie abstinere iubemur. At deinde, doctrina quoque de
vero mysteriorum usu apud nos in fide recte proponitur. Optan-
dum id quidem est, sed vereor, ne id ibi fieri dici possit, ubi consub-
stantialis docetur, ubi adoratio panis et ad id quod panis esse cre-
ditur, ubi Christi corpori ea tribuantur, quae proprietates huma-
ni corporis resurgunt. Id autem in omnibus Lutheranis Eulegiis fieri,
supra demonstratum est. Ab hac sententia ne tu quidem abes.
Scribis n. libenter te mihi assentiri, abstinendum esse recte de
mysterio sentiente a comunione in iis locis, ubi comunione in-
dignus et pro excommunicato habetur. Id fieri in iis Eulegiis, de quibus
ad te retulit, ostendunt dice in Helvetiis et conprecationes publicae,
conijunctis populi votis, admonitiones ad populum severissimae, ut
ab eorum haeresi tanquam a peste sibi caveant impii, Epicurei,
blasphemi, Turcae, falsi doctores, vocantur, ad deum processerunt
communiter, ut suas Eulegias tuerentur ab impia hac
doctrina, atq[ue] integras conservet. Quod si quae sunt
ecclesiae, in quibus haec non fiunt, ea Magistrum Lutherum, qui haec
falsa discipulis suis arma reliquit, non audiunt, nec Lutherane
dici debent.

Servitutem corruptelarum et superstitionum homini paucis causa
nisi manifesta adsit impietatis causa, ferendam potius, quam
a comunione abstinendum, ais etc. Recte sane, sed viden-
dum est etiam atq[ue] etiam, leves an graves sint corruptelae ac su-
perstitiones. Haec capitales sunt profecto, si res ad accuratam dis-
quisitionem revocentur, et quae breviter supra posui, suis per-
teribus examinentur. Impietas enim ipsa num absit, dubitari
potest, cum et doctrina Christi, et ritus in eum, quem dixi, modum
mutet,

31
muletur, atq; adeo depravetur. Nulla autem tanti debet esse pax, ut
contra Christi mandatum atq; exemplum venire debeamus, nec scan-
dalum ejusmodi fugere. docemur, cupis omnis in accipiente haeret cul-
pa, non in eo, qui Christi mavult, quam hominum non voluntati,
obtemperare. Pharisaica sunt hujusmodi scandala, quae neq; Christi
unquam, neq; Apostoli, neq; sancti ulli viri illorum imitatores de-
clinaverunt. Ut autem sacramentorum contemtor non habear,
non propterea statim eorum me coetui fraudulentè immiscere debeo,
quos scius sentire atq; agere censeo, quam veritas ac vita nostra
Christus postulat. Quin hoc ipso me non esse sacramentorum con-
temtorem, testor, quod magnopere mihi cavendum esse puto, ne
depravatum eorum usum approbem, atq; iis me aggregem, quos
et doctrinam et ritum à Christi instituto alienum sequi, per-
suasum habeo. Haec si quis Helvetij objiciat, quid ei responderi
possit, equidem non video; ne tu quidem scius opinari, ut animi-
advertis; clare n. scribis, eum, qui ita affectus sit, longè consuetius
facturum, si abstinere à communionem, quam si contra consi-
entiam accedat. Si casus ferat, ut confessionem edere necesse
habeas, et propterea excludari, num eam ob rem sacramentorum
contemtor jure diceris? An calumnia Christiano tantopere pruden-
da est, ut illius suam conscientiam suam, ac Dei sui jussione vio-
let? Certè ut ille longè minori in re dicebat hic non sunt po-
nendi rumores ante salutem.

Sui contemtor sacramentorum est, is suus, deus, fert, quo ipse rite
administret, quidve doceat, sed temporis causa, ne quem laedat,
sed ut in vulgus bene audiat, tanquam Epicuri de grege, ad omnes
coenas ^{ac} decurret, sive ille à Pontificiis, sive à Lutheranis in varias
sectiones dissectis administretur. Accipio id quoq; quod dicit, ibi
etiam abstinendum, ubi periculum subest, ne accedendo protrans-
fuga ejus, Ecclesia desertore habearis, in qua prius nomen es
professus. Haec certe periculum, haec nota vitari nequit; haec
una est tessera, haec nota, qua se ista Ecclesia distinguere velint.
Haec fuit olim scissionis, haec nunc quoq; factionis causa; hinc
exortum est illud implacabile bellum, in quo ab his LX. et am-
plius annis hostiliter utrinq; pugnatum est, atq; etiam nun-
quidam. Quam leves sint discordiae, quam parva odia, si quis
dubitatur, sumat in manus, cum alias historias, tum miserabilem
illam Ecclesia peregrinorum ex Anglia profuge historiam nar-
rationem, qua haud scio, an an inhumanius aut brutalitè
quidquam fingi queat. Repetat memoria Antuerpien: illas

Evangelicorum factiones, in quibus Lutherani, ut Helvetii exigent
ac perirent cum ipsis Pontificiis, à quibus tamen capit ad se se
desentire videri volunt, consilia agitant. Consideret quis, quod
hodie, passim et scribantur et agantur cum multorum calamita-
te atque exilio. Quae cum ita sint, dubitabimus adhuc, an ad eos se
Helvetii aggreget, quos sciat suis tam infensor esse? Quos vide-
at eò consilia sua dirigere, ut quantum in ipsis est, fratres suos
modis omnibus perdant? quos dubitari non possit, nihil sibi quod
quam fratribus suis sint, equiores fore, si modò animadvertant,
quam sententiam animo occultet?
Caeterum de dissimulanda vel edenda confessione. quod inter nos
conveniet, modò illud stet, in hoc actu, qui publice est, qui coram
Ministro in facie Ecclesiae fit, silentium idem proprie valere, ac
si magna voce clamet, eandem te doctrinam sequi, quam Mini-
ster ille doceat, quam in omnes, qui tecum manducant, veram
esse credunt et profitentur; In cuius rei fidem atque obsequium
praesentia tua testari te omnes ac constabiliter merito existimant
corporalem illam Christi in, cum, sub pane illo praesentiam,
quem tu panem cum alijs de sacerdotij manu adorabundè ore
accipis. Hic nimirum axioma illud vulgatum non in merito
locum habeat: Qui tacet, consentire videtur; ac quod de jura-
mentis quoque dici solet, ea ad deferentis non jurantis in silentio-
nem exiit; idem hic quoque affirmari queat, non aliam te senten-
tia esse debere, quam illa ipsa, quae à Ministro proponit in
ea Ecclesia, cuius te jam membrum profiteris cum alijs, hanc
tam publicam et solemni accessus tui ac commendationis testi-
ficatione: Quae omnia cum prudentem, piam ac doctam Episto-
lam tuam accuratius perpendo, atque omnes inter se particulas
compono, non obscure intelligo tuam quoque sententiam consen-
tanea esse, ac quoniam in reliqua epistola tua nihil est, quod
non libenter accipiam, superest, ut tibi gratias agam, quas qui-
dem magnas habeo, quod ad eandem questionem meam tam hu-
maniter, tam solide atque doctè respondere non es gravatus, in
tanta praesertim negotiorum mole ac valetudine, nondum satis
confirmata, quam ut Deus integram tibi restituat, teque diutissi-
mè florentem Patriae Ecclesiaeque conservet, votis omnibus exopto.
Vale vir prestantissime, meque matris ama, et haec boni, quae tua
est bonitas, consula. Vratislavia ipso profesto natalis Dni nostri
J. C. Anno M. D. LXXXI.

32

In responsione dudithi scripta 14. Febr. anno 1581. post gra-
tiam actionem de iudicio isto sibi missu et commendationem Li-
lioni juvenis Petri Salsovii Auditorum gratia Neustadium missi etc.
incrant haec quoque verba: Schola vestra summis viris floret, quo-
rum singuli singulas Academias illustrarent. Quirinum in dies ma-
gis magisque amo, idque magno eius merito. Quare de eo vobis pluri-
mum debet. Magnopere insulant bonis Ubiquitarij et conurbationes
eorum: In vobis omnis victoria spes est collocata. etc.

Ex responsio D. Ursini Calendij Maji 1581.

De nostra schola vereor, ne major sit vestra opinio, quam pro rei
dignitate. Obstat n. majoribus incrementis rerum nostrarum mediocri-
tas. Si nobis, ut spes est, morem adolescens Petrus Salsovius ferret, non
deerunt ei hortationes ad optima. Caritas rerum in causa est,
quod vix possit schola esse frequentior. Ubiquitarii postquam
tela Sophistica profuderunt omnia, ad contumelias, seditiones et
robur magistratum confugiunt. Nostri ad novas condemnationes
novo modo promulgatas existimant a se postulari novam defen-
sionem. Itaque opposuerunt admonitionem libro concordiae partim
festinatione, partim operarum culpa quaedam incommoda descri-
pta sunt. Gratum fuerit vobis tu et alii prudentes, si de corrigenda
in alia editione, monueritis.

Carissimo viro D. Zachariae Ursino Theologiae ac Philoso-
phicae Professori in Academ. Neustad: Dño
& Amico observando.

S. Si tua admonitio, male sanos illos, tanti mali in Ecclesia fa-
bricatores et incautum illum gregem, quem hi partim malis artibus,
partim vi praecipitem agunt, ad meliorem mentem atque in viam revo-
care non poterit, equidem non dispicio, quae ratio supererit amplius,
qua miserabiles illi Phrenetici ab exitio retrahantur. Mihi qui-
dem nihil videtur editum esse contra illos doctius, gravius, firmiter.
Idem aliorum est iudicium, quos de hoc scriptorum genere. Differentes
audivi. Deo te conservet, Doctissime vir, qui causam ope tam sci-
enter tam fortiter propugnas et fueris, ac furentes hostes propellis
ac prosternis. Audio te in Aristotelis Logicæ paraphrasin et anno-
tationes scripsisse, magno me. munere atque adeo beneficio officij,
si Salsovio describenda dabis, ut ad me mittat. Sum illis Philosophis